

Casimirus Rex quinquaginta au:  
reos inscribit in Villa Sobovicze in di:  
strictu Derschoviensi, Gnoso Oberth Ry:  
man.

157

Kazimirus Dei gratia Rex Polonia,  
Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussiaq;  
Dominus et Heres etc Significamus tenore  
presentium, quibus capedit Universis. Quo:  
modo volentes Villa nostra Sobovicze in  
terra Pomerania, et Districtu Derscho:  
viensi sita, que in sui statu magno defe:  
ctu et Desertatione obvoluta est condi:  
tionem facere meliorem, Generoso Oberth,  
Ryman Voxtifero Maryenburgensi quin:  
quaginta florenos Hungaricales in spem  
reformationis, et restorationis villa ejus:  
dem in villa ipsa dedimus et inscripsimus,  
damus et inscribimus tenore presentium  
mediante per ipsum oberth, et suos legi:  
timos successores, villam eandem cum  
omni jure et dominio, aliis juxta vim  
et effectum et continentiam litera:  
rum capitalium ipsi Oberth per nos con:  
cessarum tenendum, habendum, utifruendum,  
pauifice et quiete possidendum et obtinen:  
dum, usque ad prefatarum quinquagin:  
ta florenorum, una cum alijs summis in  
villa predicta inscriptis solutionem. Qua  
habita possessio villa prefate ad nos et ad  
nostros successores videlicet revertetur pleno  
jure

jure, juribus nostris semper salvo, Fla:  
rum, quibus sigillum nostrum presenti;  
bus est subappensum testimonio literarum,  
Datum in Radom feria quinta festi San:  
ctorum Simonis et Iude apostolorum, An:  
no Domini Milleesimo quadringentesimo  
octuagesimo nono.

Gregorius Vicecancellarius.

Relatio Venerabilis Gregorij de  
Subranis Regni Poloniae Vicecan:  
cellarij.

Ja kopia przepisana z oryginalu  
pargaminowego dnia 2go Czerwca  
Roku Panskiego 1784. pieczęć oder:  
wana.